



Congregationis Anglicae O.S.B., Simon Hoa Nguyen-van-Hien, ep. Dalatensis, Demetrius Mansilla Reoyo, ep. tit. Reythracus, aux. Burgensis, Victorius M. Costantini, ep. Suessanus, Ludovicus La Ravoire Morrow, ep. Krishnagarensis, D. Benedictus Reetz, praeses Congregationis Beuronensis O.S.B., Antonius Añoveros Ataún, ep. tit. Tabudensis, coad. c.i.s. Gadicensis et Septensis, Carolus Calewaert, ep. Gandavensis, Iacobus Le Cordier, ep. tit. Prienensis, aux. Parisiensis, D. Ioannes Prou, abbas generalis Congregationis Gallicae O.S.B., Iesus Enciso Viana, ep. Maioricensis, Henricus Rau, ep. Maris Platensis, Abilius del Campo y de la Bárcena, ep. Calaguritanus et Calceatensis-Logrognensis.

Praeses, cum iam proxima esset meridies, oratores admonuit ut brevissime loquerentur et iam dicta ne repeterent.

Adhuc locuti sunt PP. DD. Stanislaus Lokuang, ep. Tainanensis, Clemens Isnard, ep. Neo-Friburgensis, Aloisius Borromeo, ep. Pisaurensis.

Veniae loquendi renuntiarunt Benno Gut, abbas primas Benedictinorum confederatorum, Gabriel Sortais, abbas generalis Congregationis Cisterciensium reformatorem, Marcellus Olacchea, arch. Valentinus, Marcellus Lefebvre, arch. tit. Synnadensis in Phrygia, Hermenegildus Florit, arch. Florentinus, Aloisius Gonzaga da Cunha Marelim, ep. Caxiensis.

Hora 12,20 S. Evangelii codex repositus est et, precibus dictis *Angelus... Agimus...*, coetui finis impositus est. Intimata a secretario generali proxima congregatione generali habenda die 27 octobris, Patres dimissi sunt.

VIII

Congregatio generalis octava habita est sabbato die 27 octobris, hora 9 ante meridiem. Interfuerunt 2.302 Patres, nempe 74 cardinales, 6 patriarchae, 8 primates, 412 archiepiscopi, 1.692 episcopi, 10 abbates nullius, 12 praelati nullius, 88 superiores generales.

P. D. Michaël Darius Miranda y Gómez, arch. primas mexicanus, ritu romano, Missam de Spiritu Sancto celebravit. Chorus Cappellae Sixtinae exsecutus est cantus: *O sacrum convivium* (Bartolucci), *O memoriale* (Bartolucci), *Ave verum* (Bartolucci).

Missae expleta, P. D. Pericles Felici, arch. tit. Samosatensis, secretarius generalis Concilii, intimavit: *Exeant omnes*, et S. Evangelii codicem super paratum thronum statuit.

Card. Ernestus Ruffini, arch. Panormitanus, primi praesidis munere fungens, precem *Adsumus...* recitavit.



Secretarius generalis, nomine praesidis proclamato, legit nomina eorum, qui loqui petierant.

Praeses iterum ad brevitatem Patres hortatus est, et multi plauserunt. Deinde disceptatio de prooemio et cap. I schematis *de sacra Liturgia* prosecuta est.

Ex ordine ad loquendum a praeside vocati sunt Marcellinus Olaechea Loizaga, arch. Valentinus, Aloisius da Cunha Marelím, ep. Caixensis in Maragnano, Eugenius D'Souza, arch. Nagpurensis, Secundus Garcia de Sierra y Méndez, arch. tit. Parianus, coad. c.i.s. Ovetensis, Franciscus Marty, arch. Remensis, Cyrillus Zohrabian, ep. tit. Acilisenus, P. Anicetus Fernandez, magister generalis O. P., Henricus Jenny, ep. tit. Lycaonensis, aux. Cameracensis, Marcus McGrath, ep. tit. Ceciritanus, aux. Panamensis, Zacharias Rolin de Moura, ep. Cajazeirasensis, Georgius Kemerer, ep. Posadensis, Albertus Devoto, ep. Goyancensis, Petrus Kobayashi, ep. Sendaiensis, Hyacinthus Thiandoum, arch. Dakarensis, Antonius Pildáin y Zapiáin, ep. Canariensis, Ioseph Melas, ep. Nuorensis, Albertus De Vito, ep. Lucknovensis, Ioseph Schoiswohl, ep. Secoviensis, Carolus Weber, ep. Iceuvenensis, Carolus Saboia Bandeira de Mello, ep. Palmensis, Thomas Muldoon, ep. tit. Fesseitanus, aux. Sydneyensis, Ioseph Carraro, ep. Veronensis, Carolus Ferrero di Cavallerleone, arch. tit. Trapezuntinus, Gerardus Vielmo, ep. tit. Ariassensis, vic. ap. Aysénensis.

Praeses Patres admonuit ut a plausu semper sese abstinerent. P. D. Thomas Muldoon proposuit ut disceptationi de prooemio et cap. I schematis *de sacra Liturgia* finis imponeretur. Sed praeses censuit se non posse privare Patres facultate loquendi, ac proinde disceptatio continuata est.

Facultati loquendi renuntiaverunt PP. DD. Ioannes Przyklenk, ep. Ianuariensis, Ioannes Adam, arch. Liberopolitanus, Sanctes Portalupi, arch. tit. Christopolitanus, Ioseph Alí Lebrun Moratinos, ep. Valentinus in Venetiola, Antonius Fustella, ep. Tudertinus, Paulus Gouyon, ep. Baionensis, Stephanus László, ep. Sideropolitanus, Gerardus de Morais Penido, arch. Iudiciforensis, Oscar Sevrin, ep. tit. Mossinensis, Franciscus Austregesilo Mesquita, ep. Afogadensis de Ingazeira, Ioseph López Ortiz, ep. Tudensis-Vicensis.

Cum adhuc plures quam triginta Patres loquendi facultatem petissent, praeses illos hortatus est ut, quantum fieri posset, renuntiarent, ita ut proxima feria II disceptatio de cap. II inciperetur.

Hora 12,20 repositus est S. Evangelii codex et praeses preces *Angelus... Agimus...* recitavit.

Secretarius generalis intimavit proximam congregationem habendam feria II, die 29 octobris, et Patres dimissi sunt.